



Theologiae Moralis Super Decalogum Seu Decem Dei Præcepta Pars ...

Tractatus V. Ad Præcepta II. Tabulæ De Delictis Contra Justitiam, Seu
Injusta læsione Proximi in Bonis Animæ, Vitæ seu Corporis, Famæ,
Fortunæ & c. Ac Restitutione Inde Debita

Sporer, Patricius

Salisburgi, 1713

Sectio V. De causis excusantibus à restitutione famæ, & honoris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60167](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60167)

S E C T I O . V .

*De causis excusantibus à restitutione
fama & honoris.*

S U M M A R I U M .

110. Prima causa à restitutione fama excusans est
damni ;
111. Ut I Si à principio ex tua detractio, vel calumnia
nullum secutum sit damnum fama, vel honoris ;
112. II Fama postea alià vià recuperata sit ; aut
113. III. Infamia progressu temporis oblivione omnino
sit apud audientes ; aut
114. IV. Si crimen à te ebulgatum, postea aliunde patitur ;
115. Secunda causa à restitutione fama, vel honoris
est remissio læsi.
116. Expressa vel tacita.
117. Tertia causa excusans est compensatio mutua,
scil. infamatus te vicissim infamavit (aliter
quatuor observanda.)
118. Verius autem est, non licere ita compensare famam
directè, & præcisè per modum compensationis ;
119. Sed per accidens, indirectè & per modum defensionis ;
120. Quarta causa certò excusans est impotentia popularis
moralis, quamdiu durat Unde
121. Vel cum notabiliter graviori detrimento proprio ;
124. Usque ad n. 20 Nec etiam probabilius, si aliter
possit, tenetur eam compensare pecunià, &
ei Judex in pœnam criminis imponat.

§. I.

Cessatio damni.

- 110 **P**rima latè patens causa excusans est, si cessat
damnum ex tua detractio, calumnia, contumelia &c. quando enim cessat ratio & causa

ftitutionis faciendæ, ceffat etiam effectus & obligatio ipfa: tota autem ratio & caufa reftitntionis faciendæ pro læfione famæ, & honoris, eft damnum illatum; ut dictum eft: ergò ceffante damno, ceffat & obligatio reftitutionis. Utpote

I. Si à principio ex tua detractone vel contumelia revera proximo nullum fecutum eft damnum famæ vel honoris; utpote quia audientes non crediderunt detractori, vel non intellexerunt, de quo detractor locutus fit, vel quia per alium corrigentem mox infamiâ impedita eft &c. Quæ omnia patent ex dictis.

II. Si infamato pofttea aliâ viâ fama recuperata fit; utpote propria purgatione, bonorum virorum testimonio, fententiâ Judicis, aut vitæ ipfius probitate, feu experienciâ ipsâ comperta fit falfitas infamiæ: debet tamen adhuc tunc reftitui pro damno alio temporali, fi quod ex infamatione tuâ paffus eft infamatus, juxta dicta *Affert. 5. §. 1. fin.* atque etiam pro expenfis, fi quas fortè fecit infamatus pro fama fua recuperanda: ut ex communi notat Lugo *disp. 15. feft. 3. n. 35.* Quem vide.

III. Si infamia illata progressu longi temporis oblivione omninò deleta fit apud audientes: tunc enim rursus ceffante damno, ceffabit ratio compenfandi illud. *Communis DD. Navarrus uterque, Laym. Lugocitt.* Quo cafu prudentia maxima delideratur, quando de hac oblivione non latis conftat: quia aliquando multò magis periculofum erit retractando renovare memoriam apud audientes, quæ fortè jam penitus evanuerat, aliquando

quando verò licet auditores nunc non recordentur, periculum tamen esse potest, quod data occasione excitentur rursus species confopitæ, & memoria simul cum infamia reviviscat. Quidam in hac perplexitate debeat facere detractor, consulere Confessarius, difficile est judicare. Hæc quædam est regula Cardinalis de Lugo *num. 35.* Detractorem debere prudenter pendere quid rationabiliter velit ipse infamatus, attendendo circumstantiis præsentibus fieri à detractore quod non do enim præsumitur, eum velle potius, quod infamia apud auditores non renoveretur; liber detractor ab onere restitutionis. Ad hoc autem dijudicandum optima regula erit, si detractor consideret, quid ipsemet velit in eo rerum infamatum, & circumstantiis secum fieri; & hoc ipsum infamatum ipse præstet, sicut alios in iis circumstantiis vellet secum se habere. *Hæc Lugo num. 36. ex Molina,* detractorem esse suum, etsi non obligetur ad retractandum, debere tamen aliam compensationem facere, laudando infamatum apud alios, vel honorando, ita ut faciat pro illo periculo remanente, ne forte à auditorum, vel nunc, vel postea recordetur: etsi infamatus in iis circumstantiis nolit restitutionem fieri ob majus periculum imminens restitutionis memoriæ, fortè jam penitus oblitteratum, sed potius velit subire periculum minus; quod si san aliquis auditorum deinceps recordetur, tamen ipsum minus periculum imminens, est quod damnum ortum ex injuria præteritæ detractoris non

tionis; ergo detractor manet obligatus etiam ad
compensandum hoc damnum modo aliquo con-
gruo, ut dictum est.

IV. Si infamatus à te de crimine occulto, po-
stea aliâ viâ famam amisit in eadem materia, scili-
cet quando crimen occultum alterius à te injustè
evulgatum, postea aliis mediis independentè à
tua prima detractioe factum est publicum, seu
notorium notoreitate juris, vel facti, juxta late
dicta Sect. 3. §. 4. tunc omninò cessat obligatio res-
tituendi famam à te primò læsam, secundum om-
nes. *Ratio est*: quia infamatus per illam aliam pub-
licationem sui occulti criminis omninò amisit jus
ad suam famam respectu illius criminis: ideoque
tunc non magis teneberis ad restitutionem, quàm
si à principio tuæ detractioe, eum in eo statu in-
venisses, ubi jam eum infamem invenis; cujus in-
famix causam nullo pacto dedisti. Ait Lugo *cit.*
num. 37.

§. II.

Remissio læsi.

Secunda causa liquida excusans à restitutione
famæ (& similiter honoris) est, quando ipse
infamatus spontè, expressè vel tacitè, remisit, vel
condonavit, citra tamen præjudicium vel inju-
riam aliorum. Communis. Molina *disp. 46.*
concl. 5. Lessius *c. 10. dub. 24.* Laym. *cit. c. 7. n. 5.*
Lugo *cit. num. 38.* Ratio est: quia sicut quili-
bet est dominus famæ suæ, ut possit eam citra pec-
catum grave ipsèmet prodigere, nisi sui infamatio
cederet etiam in infamiam vel injuriam aliorum,
ut

ut Sect. I. dictum, ita potest validè remittere
condonare alteri restitutionem famæ suæ, quæ
ad se attinet, dummodo ejus infamatio non re-
dârit in aliorum præjudicium, vel infamiam
Religionis aut alterius complicitis &c. tunc
ejus condonatio vel remissio aliis præjudicabilis
infamans manebit obligatus adhuc aliis inde
matis famam reparare: ut omnes observant. Ex-
empla obvia.

116 *Dixi expressè vel tacitè*: sicut enim in alim-
teriiis, v. g. debitis pecuniariis, ita etiam in hoc
bito restitutionis famæ vel honoris, ad eam
gationem tollendam, sufficit etiam tacita, vel
sumpta, vel interpretativa voluntas læsi, seu
qui condonare potest, qui si in tali dispositio-
sit, vel eo affectu in infamatorem vel contum-
sum, ut si interrogaretur, vel rogaretur, non
condonaret, aded ut non sit nunc invitus, sed
quoad substantiam, quod sibi fama vel honoris
restituatur, id omninò sufficiet, ut talis resti-
tio omitti possit. Idque à fortiori verum est in
non raro; sicut enim aliqui, qui cum infamati
postea ægerrimè ferunt eorum memoriam
cari, maluntque rem totam tacitè dissimulare,
tunc enim, prætermittendo retractionem, vel
petitionem præstabit aliis officiis, laudando, hono-
rando, benefaciendo, hominis animum demer-
re: ut ex communi notant *Molina, Laym.*
ciet. Atque hac ratione puto ego communiter
homines, maximè plebeos inter se excusant
restitutione famæ; cum enim plerumque sciant
etiam

etiam ab aliis passim detrahi, nequ eunquam resti-
 tui, nec ipsi restitutionem exigant, centeri possunt
 tibi invicem velle remittere debitum restituendi :
 aut certè velle, uti mutua compensatione in non re-
 stituendo, juxta probabilem sententiam, de qua
 mox. Hoc tamen in particulari ex circumstantiis
 personarum prudenter dijudicandum.

§. III.

Compensatio mutua.

Tertia causa excusans à restitutione famæ fa-
 tis communiter allata, est justa compensatio ¹¹⁷
 mutua: quando scilicet à te injustè infamatus, te
 vicissim infamavit, & is tibi famam restituere no-
 lit, neque tu teneberis restituere, quousque re-
 stituat ille. Ita valde communiter DD. *Toletus*,
Sorus, *Angelus*, aliosque innumeros allegantes
Molina disp. 49. Lessius c. 9. dub. 25. Laym. c. 7.
n. 5 Diana p. 2. tr. 5. miscel. resol. 30. & ob au-
 thoritatem tot Doctorum probabilem censet Lu-
 go *disp. 15. sect. 3. n. 44.* Ratio tota sumitur à si-
 mili: quia sic possum non restituere debitum
 pecuniarum creditori meo, compensando illud
 cum alio debito, quod is mihi aliunde ex contra-
 ctu, vel delicto debet, & recuperare alio modo fa-
 cile non possum; sic possum non restituere tibi fa-
 mam, seu non satisfacere tibi pro infamia illata, si tu
 non vis restituere, & satisfacere mihi pro infamia,
 quam mihi sive prior, sive posterior intulisti: ut
 proinde etiam hic locum habeat communis regu-
 la, quòd non cogaris jus suum alteri reddere, si
 ille recuset tibi reddere tuum. Ita Doctores illi.
 Intel-

Intelligentes tamen 1. de restitutione famæ, in alios non redundat: nam si in alios etiam redundet tua infamatio, non poteris, ita compensare, ut ex se patet. 2. Ut servetur æqualitas enim gravius infamasti eum, qui te sive antea postea infamavit non ita graviter, non poteris simpliciter uti compensatione, sed teneberis evitare excessum, seu id, in quo superasti alterius infamiam etiam tibi illatam, ut sic utraque infamatio æqualis reddatur: quia excessum illum inde detines; non enim licet uti compensatione in graviore damno alteri illato. 3. Si verò non possis satisfacere quoad partem, vel excessum illatum nec laude vel honore compensare; adhuc potest nihil restituere, sicut si accepisti ab altero argentum valentem centum florenos, poteris interim retinere, donec alter restituat tibi vas argentum valens quinquaginta tantum; docent plerique Jurisconsulti. 4. Denique restituente tibi altero infamiam tuam, utique etiam restituere debebis; nisi si jam ex pacto facta esset compensatio utriusque injuriæ, tunc enim uterque manebit liber. Ita communis illa Sententia (fateor cum *Lugo* intrinsece ob auctoritatem tot Doctorum) omninò probabilis: at verò intrinsecè sistendo in ratione accesserit scire nunquam potui; eamque simpliciter citant DD. mox citandi. Adeoque

118 Verius omninò est, non licere ita compensare famam per se directè & præcisè per modum compensationis. Ita Major *in 4. d. 15. q. 16. Navar. man. c. 18. n. 47.* Petr. Navar. *c. 4. n. 395.*

etanus 2. 2. q. 62. a. 2. Valentia *ibid.* disp. 5.
 q. 4. punct. 3. Tanner. *disp.* 4. de *just.* q. 6. dub. 6,
 n. 155. Lugo *Secl.* 3. n. 44. alii apud ipsos. Ra-
 tio à priori est: quia diversa longè est ratio com-
 pensationis in debitis pecuniariis, quàm in debitis
 famæ; nam in debitis pecuniariis seu bonis fortu-
 næ, compensatio ordinatur ad recuperandum
 omninò id, quod tuum est, & ad ponendam æqua-
 litatem: si enim debes alicui centum, & ille toti-
 dem tibi decet, retinendo centum, retines quod
 tuum est, & ponitur æqualitas clara; unde ulte-
 rius in debitis pecuniariis ita licita est compensa-
 tio, ut non solum licitè possis retinere, seu non re-
 stituere, quod debes, ut modò dictum, sed etiam
 possis aliquid de novo accipere occultè de bonis
 debitoris ad compensandum tibi, juxta commu-
 nem doctrinam in materia de furto *c. seq.* Atqui
 in debitis famæ hoc minimè reperitur: nam per
 infamiam alienam non restituendo, & quasi deti-
 nendo apud te famam alterius à te infamati, tu
 nullo modo recuperas famam amissam ab altero
 ablatam, nec formaliter, nec æquivalenter, sed
 ambo manetis æquè infames apud audientes, sicut
 antea: ergo illa retentio seu non restitutio famæ
 alienæ, non ordinatur, nec tendit ad ponendam
 æqualitatem, nec ad rem recuperandam per mo-
 dum compensationis, sed ad læsionem proximi
 continuandam, per quam satisfiat tuæ indignatio-
 ni per modum vindictæ, quam tu propria auctori-
 tate non potes sumere. Et hinc ulterius hæc to-
 ta ratio est, cur ad eum finem compensationis non
 liceat

liceat de novo infamare eum, qui te prius infamavit, quia scilicet per id non recuperas famam, sicut non licet repercutere eum, qui te percussit: quia per hoc non recuperas damnum, ideoque utrobique non est compensatio, vindicta. Et hoc secundum sanè fatentur Astartarii; ideoque minus consequenter loqui, beatus Lugo cit. si enim ad compensandam famam tuam ablatam licet detinere, seu non restituere famam alienam, cur ad eum finem infamatorum non liceat de novo infamare, ejus famam ablatam? sicut dictum est licere in compensatione actorum pecuniariorum: in cujus compensationis tamen similitudine fundatur opposita sententia.

¶ 19 Dixi autem: *id non licere per se directe per modum compensationis præcisè*: nam per accidens directe, & per modum defensionis id licere concedo, libenter fatemur. Sic enim intra vel extra iudicium infamatus, vel infamandus graviter ab illicitè detegis occultum crimen infamatorum non solum quando id juvat ad enervandam & tenuandam ejus fidem, circa calumnias, & crimina, quibus te infamavit injustè: ut ex communi diximus *Sect. 3. §. 4.* sed etiam ad eum finem ut eum compellas, ut desiderio suæ famæ recuperandæ desistat à te infamando, tibi que famam ablatam restituat; tuque vicissim postea famam restituas ipsi: ut benè infert Lugo cit. n. §. 2. sicut ob defensionem tui potes eum infamare, famam ablatam non restituere, ad debilitandam

ius testimonium, sic poteris ob eandem defensionem eum infamare, vel famam non restituere, ut resipiscat, & cesset ab injuria tuæ famæ inferenda, vel continuanda: nam injustum aggressorem, utroque titulo & motivo potes licitè percutere, tum ad eum debilitandum, ne possit te occidere; tum ut ipse metu vulneris vel mortis sibi inferendæ desistat à te invadendo: uterque enim modus comprehenditur sub justa & necessaria defensione. Similiter est in proposito: ut ad eundem finem famam jam antea sibi ablatam interim retinere possis, quousque ipse à te infamando cesset, famamque tibi restituat.

§. IV.

Impotentia moralis.

Quarta causa certò excusans à restitutione famæ, saltè ut differri possit ad tempus; quamdiu durat, est impossibilitas; cum ultrà possibile nemo teneatur: intelligendo non tantùm de impossibilitate physica, ut si auditores tuos, apud quos alteri detraxisti, nullo modo amplius convenire possis, sed etiam de morali; quando nimirum restitutio famæ, vel honoris fieri non potest absque notabiliter graviore proprio damno; tunc enim alter non potest esse rationabiliter invitus, sed rationabiliter ex lege & ordine Charitatis contentus esse debet, sibi non fieri restitutionem, sicut & ipse vellet fieri secum, adeoque permanente eo casu restitutionem remittere. Et hinc

I. Nullus tenetur famam, vel honorem restituere

pp 2

ere

ere cum evidenti periculo vitæ propriæ, nisi eo
lo casu, quo infamans per calumniam falsum
men imponendo, infamatum ultra infamatum
etiam in periculum mortis injustè coniecisset,
quo jam supra dictum. Communissima *DD.*
citt. Ratio sumitur ex Regula illa communi:
na inferioris ordinis non esse restituenda cum
trimento bonorum superioris ordinis: sed vitæ
bonum multò superioris & altioris ordinis: quàm
fama; sicut & fama, quàm bonum fortunæ: sicut
ficut bona fortunæ non sunt restituenda cum da-
mento gravi famæ, ex dictis suo loco, ita &
ma non erit restituenda cum periculo vitæ propriæ
si nimirum agatur de sola fama alterius: sicut
etiam agatur de vita alterius per calumniam
infamati; quia tunc in pari causa, melior est
conditio innocentis, ut supra dictum.

122 II. Adverte tamen, illam regulam: *bonorum
rioris ordinis non esse restituenda cum detrimento
bonorum altioris ordinis*: esse sanè intelligendam
quando nimirum jactura bonorum altioris ordinis
in prudenti æstimatione est longè majus detri-
tum, quàm damnum inferioris ordinis, pro quo
deberet restitutio fieri, alioquin regula non est
ra, ut alibi ostensum de obligatione adulteræ
mirum eam quidem regulariter non teneri ad restitu-
endum suum crimen cum periculo vitæ, nisi quando
necesse esset ad impediendum majus damnum
no comuni imminens ex eo. V. G. quòd in pa-
patu vel regno succedat filius spurius, cum ma-
Reipublicæ damno, ob ejus perditos mores,

refin. Sic in proposito licet infamans regulariter non teneatur restituere famam cum periculo vitæ propriæ, nisi quando infamato simile periculum vitæ imminet ex infamiâ; addendum tamen est: aut nisi ingens damnum Reipublicæ, vel communitati immineret ex tali diffamatione, cui tamen meritò vita privati postponi debeat. Unde meritò docent *Sorus. Angles. Azor. & alii apud Tannetum cit.* etiam quandoque in casu singulari solam famam læsam esse restituendam cum periculo propriæ vitæ, quando infamatus ex solâ infamiâ incureret majus damnum, quàm sit mors infamantis; ut si amplissima familia perpetuò infamiæ notâ aspersa maneat ex malitia injustè infamantis. Sed credo esse casum metaphysicum; certè rarò occurrentem.

III. Nullus etiam tenetur alteri restituere famam injustè læsam cum notabiliter graviori detrimento propriæ famæ, ob eandem rationem mox ante datam. Unde persona illustris, vel Superior si ex restitutione famæ personæ inferiori injustè ablata magnam deberet subire infamiam, cum detrimento auctoritatis suæ seu status, vel communitatis, non erit cogendus ad restitutionem famæ, sed satisfaciet aliis beneficiis, vel officiis offensum demulcendo, apud audientes honorando &c. ut in simili supra dictum.

IV. Sed nunquid fama injustè ablata restituenda erit cum jactura pecuniæ, vel bonorum fortunæ, seclusâ omnî propriâ infamiâ? Certè hoc fieri vix potest, nisi infamans spontè offerat pecunias in-

598 *Tract. V. in VIII. precept. Decalogi. Cap.*
compensationem famæ injustè ablata; aut
in pœnam infamationis factæ multam pecu-
niam injustè infamato applicandam, infamatus
decernat, vel decreturus esse timeatur. Et
exurgit tandem.

Dubium notabile.

125 **U**trum, quando fama vel honor non
in illo modo restitui ob aliquam ex dictis
causam excusantem, infamans teneatur ex
infamiam alteri illatam pecuniâ compensare
consequenter si is nolit satisfacere, etiam
infamatus in pecunia illius sibi compensare possit.

126 I. Affirmant quidam gravissimi DD. *D. Tho-*
mas q. 62. a. 2. Scotus supra cit. q. 4. a. 1.
Richardus, Cajetanus. Sozus. Valentia. & alii
citant, & ut probabilior sequitur *Tannerus*
dub. 6. n. 150. Ex illo principio: qui restituere
non potest, quantum debet, restituere debet
quantum potest: ut si quis debeat mille aureos,
antea: possit reddere mille, possit autem reddere quin-
directè: centos, vel trecentos &c. tenetur reddere, quod
restituere potest: ergò similiter qui non potest alteri restituere
committit: ipsam famam ablatam, tenebitur ei restituere
quenter: pecuniâ, si possit, ad moralem æquivalentiam
pecuniæ: bitrio boni viri; & consequenter eo nolente,
confusi- famatus poterit sibi ipsi compensare.
am famam

127 II. Contrariam tamen sententiam negativam
nimirum talem ex justitia commutativa non tenetur
compensare famam pecuniâ, sed à restituendo
licere: omninò excusari, ut longè verior docet *D. Tho-*

per *Navarrus* uterque, *Lessius*, *Fillincius*, aliisque
 cit. *Laym. cit. c. 7. n. 3.* *Lugo disp. 15. Sect. 3.*
 Ratio solida est: quia justitia commutativa suapte
 naturâ non aliud exigit, quàm ut restituatur res
 ablata in se, vel in æquivalenti, seu quod rei secun-
 dum veram communem æstimationem æquiva-
 let, ita nimirum, ut læsus recipiat id, quod ei ab-
 latum est in specie, vel in valore: & hac ratione
 locum habet compensatio, si aliter reddere nolit:
 item axioma illud, qui restituere non potest, quan-
 tum debet, debet restituere quantum potest: ni-
 mirum in rebus communi æstimatione æquivalen-
 tibus, & ejusdem ordinis, ut inter se functionem
 seu commutationem recipiant; atqui pecunia nul-
 la ratione æquivalet famæ ablatæ, cum nulla recta
 hominum æstimatione fama inter res venales, seu
 pretio æstimabiles numeretur; atqui quantavis re-
 ceptâ pecuniâ, infamatus nullo modo, nec ulla
 hominum æstimatione recepit id, quod est abla-
 tum, scilicet famam, manet enim infamis sicut
 antea: & supponimus famam nec directè, nec in-
 directè restitui posse: ergo infamans non potens
 restituere ipsam famam, non tenetur ex justitia
 commutativa compensare pecuniâ: nec conse-
 quenter infamatus poterit uti compensatione in
 pecunia infamantis. Et hoc concesso, heu! quæ
 confusio? quanti enim unusquisque æstimabit su-
 am famam ablatam in auferenda pecunia.

III. Atqui hinc longè verior est sententia utri-
 usque *Navarri*, *Valentia*, &c. etiam per se non
 licere uti compensatione pro infamia, non restitu-
 endo

endo famam alteri, sicut licet in debitis pecuniis: ut supra latius ostensum est.

129 IV. Dixi autem semper talem infamantem teneri pecuniâ compensare famam ablatam, *justitia commutativa*, & in foro conscientia; certè tenebitur ex *justitia vindicativa* in foro no, si Judex in pœnam criminis infamatorum nat pecuniarum satisfactionem ex æquitate imo applicandam. Item per accidens etiam *justitia commutativa* tenebitur infamator imo pecuniâ compensare damna temporalia a famatione consecuta; ut si exinde officium, tatem, servitium vel lucrum amisit, ut §. 1. Item ex *Charitate*, & æquitate naturali quam aliàs, tenebitur infamator in aliqualem pensationem injuriæ illatæ, pecuniâ vel opere rere infamato in necessitate constituto, ut admonent.

SECTIO VI.

De injusta læsione honoris proximi ejusque restitutione.

SUMMARIUM.

130. *Lesio honoris seu inhonoratio est duplex, negativa & positiva.*
132. *Inhonoratio negativa, seu honoris omissio per se facta, veniale est, non mortale,*
133. *Nisi simul sit contra justitiam.*
134. *Aut quandoque per accidens, quando scilicet sit ex proprio affectu &c.*
135. *Contumelia est injusta ablatio, vel diminutio honoris.*
135. *Facta in presentia, vel quasi presentia patientis.*
137. *Estq; peccatum mortale ex genere suo contra justitiam.*